

naturali cernat officio. Quo autem perficiet ista cognitio iude
 et non ut secundum scripturas uenisse christum probet. Erat enim qui exspe
 ctabat. et ipse utique qui expectabat non ille qui non expectabat adue
 nit. Quod autem in eptius. quia quod ille qui in alio estimat in se ipso esse
 non credit. Quae per mulierem uenturum putabant. per uirginem ue
 nisse non credunt. Iuxta deum secundum carnem dignae generatio. quia
 ut immaculatus dei filius immaculate generationis seruaret in
 suscipiendo corpore puritate. Et utique diuini aduentus signum.
 in uirginis partu non in mulieris estitutum est.

Ergo inquit uos aqua baptismi. Cito probabit non esse se
 christum. qui uisibili operetur officio. Haec cum ex duabus na
 turis homo idem ex anima subsistat et corpore.
 uisibile per uisibile. inuisibile per inuisibile my
 sterium estecrat. Aqua enim corpus abluit. spiritu animae delicta mun
 dant. Aliud agimus. aliud inuocamus. Licet in ipso fonte
 sanctificatio diuinitatis aspiret. non enim aqua omnis ablutio est.
 sed haec inter se diuisa esse non possunt. Et ideo aliud fuit baptismum
 penitentiae. aliud gratiae. Illud ex utroque. illud ex uno. Haec
 cum delicta communia sunt nostris et corporis. purificatio quaque de
 buit esse communis. Et bene sanctus iohannes se intellexisse signifi
 cans quod in cordibus cogitarent. et quasi non intellexerint de clina
 maiestatis in uindicta. non uerbo sed opere declarauit non esse se christum.
 Opus enim hominis est gerere penitentiam delictorum. dei munus
 est gratiam implere mysterium.

UEXIT AUTEM FORTIOR ME. Non comparationem fecit
 ut ipso se tantum fortiore diceret christum. Neque enim
 inter dei filium et hominem ulla poterat esse collati
 o. sed quia multi fortes. nam et diabolus fortis. He
 mo enim potest uasa fortis diripere. non prius alligauerit for
 tem. Multi ergo fortes. fortior nemo non christus. Venique eo usque